

Band I., Nr. 43, Seite 45-46

Hiltger gibt alles, was er in Klinger Mark in den Orten Pettinchova und Eiginhova besitzt, unter Vorbehalt der Nutzung desselben für seine Mutter Uatila auf deren Lebenszeit, an das Kloster St. Gallen.

Klengen, 793. April 10.

(Chr.) In Christi nomine. Ego Hiltigaer considerans casum humane fragilitatis, meamque metuens repentinam ex hac luce transmigrationem, ideo talis mihi decrevit voluntas, ut omnes res meas ad aliqua loca venerabilia sanctorum condonare deberem, quod ita et feci. Igitur trado ad monasterium sancti Gallonis confessoris quicquid in hac die presente in Cheneinga¹ marca, et in villa Pettinchova², seu et in alia villa, id est Eiginhoua³, visus sum habere. Id est, cum terris, domibus, edificiis, mancipiis, pratis, pascuis, silvis, viis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus atque immobilibus, cultis et incultis, ingressus et egressus, vel quicquid de meo iure in predicta marca esse videtur, omnia et ex integro, nihilque pretermittendo, ad supradictum monasterium manu potestativa ex ordierna die pro mea mercede volo esse donatum, nisi tantum quod mater mea Uatila, cum permissu rectoris ipsius monasterii, vel ceterorum fratrum, ipsas res usufructuario tempus vite sue possideat, postea vero cum omni integritate, sicut a me definitum est, ad ipsum monasterium revertantur. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse, quod absit, aut aliquis de heredibus meis, vel proheredibus, seu quilibet persona contra hanc traditionem venire, aut eam inrumpere conatus fuerit, nihil prevaleat, et cum cogente fisco multa componat, id est, auri unti- as VI, argenti pondera VII coactus exsolvat, et quod reppetit evindicare non valeat, sed hec presens tradicio omni tempore firma et inviolata perduret, cum stibulatione subnexa. Actum in Cheneinga villa, publice, presentibus quorum hic signacula continentur. + Hiltigaeri auctoris, qui hanc cartam fieri rogavit. + Aginonis. + Theotperti. + Haitonis. + Altrici. + Vadalscalhi.

¹Klengen, Brigachtal, VS.

²Wohl das neben Klengen gelegene Beckhofen, Brigachtal, VS, und nicht Böttingen, Böttingen, TUT, da dies sonst Potinga heißt; vgl. vgl. MICHAEL BORGOLTE (HRSG.): Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 355f., Anm. 136.

³Nach ganz herrschender Meinung das in Kirchdorf, Brigachtal, VS, aufgeeg. Eigenhofen und nicht Neueichhof, Aldingen, TUT; vgl. vgl. Borgolte: Subsidia Sangallensia, Bd. 1, S. 355f., Anm. 136.

II

+ Uualdkeri. + Haimonis. + Zupponis. + Hibonis. + Gaerberti. + Uuolfharch. + Hiltipoldi. + Ratpoldi. + Uuachar. + Otperti. + Ruadperti. Ego itaque Heriolt presbyter rogatus anno XXV. Caroli regis, die Mercuris IIII. Idus Aprilis scripsi et subscripsi^a.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

^aDas Wort *subscripsi* mit dem Rekognitionszeichen verbunden.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen I. 119

Editionen:

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 77. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 121 (Auszug). HERMANN WARTMANN (BEARB.): Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 1, Nr. 136, S. 128.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Klengen

Ortsindex:

Beckhofen Wohnplatz (13995)
 Beckhofen, Brigachtal, VS
 Böttingen Wohnplatz (14016)
 Böttingen, TUT
 Eigenhofen Aufgegangen (23390)
 Eigenhofen, aufgegeg. in Kirchdorf, Brigachtal VS
 Kirchdorf Wohnplatz (13996)
 Kirchdorf, Brigachtal, VS
 Klengen Wohnplatz (13997)
 Klengen, Brigachtal, VS
 Neueichhof Wohnplatz (14003)
 Neueichhof, Aldingen, TUT
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz